

¶ Sermo

est. in prioribus exigua. et in secundo nulla precipitur quies. cum et illic apparens admirabilis: ad indagandi studium exerceat curiositatem. et hic innotescens terribilis: in firmitate concutiat. At vero tertio isto in loco non plane terribilis: nec tam admirabilis quam amabilis apparere dignatur: serenus et placidus. suavis et mitis. et multe misericordie omnibus intuentibus se. Jam ut horum que de cellario. orto. cubiculo. longiori sunt disputata sermone memoria vestra compendium teneat: memoretur tria temporum. trium meritorum. trium quasi primorum. In orto aduerte tempora. merita in cellario. prima in triplici illa contemplatione cubiculum inquirentis. Et de cellario que ista sufficiant. Porro de orto vel cubiculo si que ad agenda auralia forte que dicta sunt modo aduertenda occurrerint: loco suo non pretereamus. Sin autem sufficiant que dicta sunt. et minime terentur. ne unquam in fastidium (quod absit) veniant ea que proferuntur ad laudem et gloriam sponsi ecclesie domini nostri Iesu christi. Qui est super omnia deus benedictus in secula Amen.

¶ Sermo. xxiiij.

Noc demum tertio fratres reditum ab urbe nostrum elementior oculus e celo respexit. et vultus tandem serenior desuper arrisit nobis. quieuit leonina rabies. sine accepit malicia. ecclesia pacem recepit. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: qui eam per hoc ferme octennium diro scismate conturbabat. Non vero ego gratis de tantis periculis ero reddite vobis: vestris desiderijs donatus sum. vestris me profectibus paro. quorum vivo meritis: volo vivere studiis et salutis. Quis dum cepta in canticis: me exequi vultis libenter quidem accipio. et dignum arbitror. interruptum potius relartire sermonem quam noui ordiri quippiam. Vereor autem ne disiectum per id tempus animum et distentum diu habitum non solum ad tam diuersa: sed etiam ad tam indigna: dignitas materie put oportet non admittat. Sed si quid habeo: hoc vobis do. Poterit et si deli obsequio meo de etiam quod non habeo dare: ut deum. Si non. culpe sane ingenium

non voluitas. Locus autem unde incipere debemus (nisi fallor) iste est. Recti diligunt te. Quod antequam explanare incipiamus quod sit videamus cur sit. quisnam hoc videlicet dicat. A nobis namque erigitur quod auctor non loquitur. Et fortasse melius adolescentulis id damus. ut suis verbis et huius addant. Recti diligunt te. Et cui hoc porissimum persone congruere indicamus: Si adolescentulis: matri sine dubio id loquuntur. Siquidem cum dixerint ei. exultabimus et letabimur in te: memores verborum tuorum super vinum. nec dubium quin matri loquerentur: continuato sermone hoc quoque inferunt. recti diligunt te. puto propter alios de numero ipsorum suo. que non idem saperent. licet pariter currere viderent. que sua sunt querentes: non ambulantes simpliciter neque sincere sed specialiter glorie marris inuidetes. et captates occasione murmurandi aduersus eam. ex eo nimis que sola in cellaria introisset. Quod non est aliud nisi quod apud ait: piculum in falsis fratribus. Ipse sunt denique quibus exprobratibus subinde pro se satisfacere cogit: ubi eis ita respondet. Nigra sum sed formosa filie hierusalem. Itaque propter murmurantes et blasphemantes dicit ab his que bone que simplices que humiles et mansuete sunt. Ab his (inquit) dicitur sponse. consolandi gratia. recti diligunt te: Non sit tibi (inquiunt) cura de iniqua reprehensione blasphemarum harum cum constet quia recti diligunt te. Bona profecto consolatorum blasphemamur a malis benefacientes: si recti diligant nos. Omnino sufficit aduersus os loquentium iniqua opinio bonorum cum testimonio conscientie. In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et letentur. Mansueti (inquit) letentur mansuetis placeat: et equanimiter audio quicquid in me iactare voluerit linor perditurum. Ergo in hoc sensu puro appositum. recti diligunt te. Nec absurde. ut estimo. cum vbi que pene in choro adolescentularum tales inueniam que acta sponse curiose obseruent: derogandi non imitandi causa. Loquentur in bonis seniorum suorum: malis pascuntur. Videas ambulare seorsum. conuenire sibi et sedere pariter. motus lacare procaces linguas in detestandum susurrum. Una vni coniungitur: nec spiraculum incedit in eis. tata